

Mariam Et per reliquias omnium sanctorum Contestor vobis, quod ista epistola non est de manu hominum formata, sed de septimo trono dei venit Et scripta digitis eius. Donet ipse nobis sic sua mandata servare, ut maneamus secum eternaliter, ubi ipse est cum patre et spiritu sancto per omnia secula seculorum. Amen.

In die dominico creata sunt omnia. In die dominico consumavit deus onus (!) suum, ex quo lucem ceteri accipiunt. Sicut sol clarior ceteris syderibus, Ita ista dies clarior omnibus diebus. In hac die creati sunt angeli ab ore suo. In die dominico sedit archa Noe per diluvium In die dominico pluit manna de celo. In die dominico eripuit dominus populum suum de Egipto. In die dominico convertit dominus aquam in vinum. In die dominico pavit dominus quinque milia hominum de quinque panibus Et duobus piscibus. In die dominico baptizatus est dominus in Jordane a Johanne. In die dominico Resurrexit dominus Jesus Christus a mortuis. In die dominico misit dominus spiritum sanctum. In die dominico sedit dominus ad dextram patris. In die dominico erit dies iudicij etc.

(Breslau, Univ. Bibl. Hs. IV F 13 v. J. 1410,
Schaltzettel^{*)} nach Bl. 187, Anf. d. 15. Jh.)

^{*)} einst gefaltet

Klappener abstr. 4. 137: Die hier vorliegende Fassung scheint einer früheren Redaktion des Textes anzugehören, die wohl in England oder Schottland entstanden und seit 850 nachweisbar ist. Die Handschriften dieser Fassung gehören ins 9.-15. Jh. Ihre genauere Verwandtschaft ist noch zu untersuchen (Hilde, Kimmelsbrunn).